



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Duodecimum testimonium ex illis verbis Esaiæ 19. Ecce Dominus  
ascendet super nubem leuem. Sectio XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

Sed est aduentum Hebraicè ita haberi וְאַתָּה לֹא יְהִי vbi cernis, non legi Hebraicè sabathani, sed azabthani. Est autem longè diversa vtriusque verbi significatio: etenim sabat, à quo est sabathani: significat ligare, & implicare, ut di- ximus: at verò az, ab, à quo est azabthani, significat delinquerere: unde Erasmus in suis Scholiis super Matthaeum emendandā censet vulgatam lectionem sabathani, in azabthani, quam candem lectionem reperies apud D. Hier. in suis commenta- riis super Matt. Ceterū nos communem lectionem retinendam ducimus, cū in Gracis quoque codicibus sit azabthani: tum verò non placet responsio Leo- nis à Castro Euangeliastam videlicet, vt locum unum ex duplice prophetia coag- mentaret, pro azabthani, scriptus est sabathani: non placet, inquam, quoniam Evan- gelista, id ipsum, quod Christus dixit, debuit commemorare: at si Christus non di- xit sabathani, sed azabthani, planè non seruasset rei gestæ, & historiæ veritatem, quod impium est descriptore sacro affirmare. Quare illud potius dicendum est Christum Chaldaicæ, & Syriacæ lingua vsum esse, quæ erat eo tempore vulgaris, atque adeo Syriacæ sabathani pro azabthani eodem signo pronuntiatae: in quo ad- huc expedi optimè potest mysterium illud de arbore sabei, quod paulò ante com- memorauimus.

## VIII.

*Quo mysterio monstrem Moriah dominus videbit, appellaverit Abraham.*

*D. Ambros.*

*Iacob. 8. 16.*

*Moriam.*

*D. Chrysost.*

Postrem d' obseruandum Abrahānum loco illi nomen imposuisse Dominus vi- debit, deincepsque dictum esse in monte, Dominus videbit, tum propter eas ratio- nes quas superius attulimus: tum præcipue quod in ea arictis immolatione Deus filii sui sacrificium, & immolationem in eodem monte Moriah expressam, adū- bratamque esse voluit, vt cum Abraham nomen loco imposuit, Dominus videbit, prophetico spiritu præviderit, Deum aliquando ad genus humanum respecturū propecturūque saluti mortalium per sacrificium Iui filii in eodem illo monte peragendum, quemadmodum tunc saluti Iacob ostendo, dato que in sacrificiū arie- te prouidebat. Ita eius nominis mysterium explicauit D. Ambro. lib. 1. de Abra- ham patriarcha, c. 8. Quare eo ipso tempore reuelatum est Abrahamo mysterium passionis Christi in eo loco perficiendum: et que hunc esse diem illum, de quo Christus loquitur Iacob. 8. cum ait: Abraham pater vester exultauit, ut videret diem meum: vidit, & gaudet: docet D. Amb. loco ptoxiū citato, & D. Chrysost. ho. 54. in Ioannem, Vlem, inquit, meum: hoc in loco Crucem misericordiam significare viderat: quam in arictis oblatione, & in Iacob presignatur. Scio alias esse corum verborum Christi expositiones, quas non est huius loci persequi longius.

## Duodecimum testimonium ex illis verbis Esaiae 19.

Ecce Dominus ascendet super nubem leuem.

S. E. C. T. I. O. X. XVI.

I. *Illustre etiam est ad candem sanctissimam Diaparæ integratatem comproban- dam varcium illud, quod idem Esaias lucis consignatum reliquit c. 19. Ecce, inquit, Dominus ascendens super nubem leuem. Hebraicè cl. יְהִי רָאשׁ כָּבֵד quod sic ad verbum reddi potest: Ecce eouah equitanus super nubem leuem: etenim נָבָרֶה significat propriè equitare, quod Vulgatus ascendendi verbo, solet exprimere, veluti Psal. 17. Qui ascendit super Cherubim: & Psal. 67. Iterasce ei, qui ascendit super occa- sum: & Abac. 53. Qui ascendit super equos tuos: et quadrige in a salutatio: quibus omni- bus in locis Deus tanquam equites equitare describitur, quo sit, ut etiam hoc loco ascendendi verbum pro equitare sumi debeat, Deusque ipse super nubem leuem ascendere tanquam eques nobilissimus describatur. Est igitur multorum sententia hor*

hoc loco Ägypti vastitatem ab Aslyris inferendam prædicti, eorumque exercitum nubem appellari propter tui bulentam bellum, malorumque tempestatem, quam suo aduentu Ägyptis attulerunt: dici autem *nubem leuem* ad significandas veloces, expeditasque eorundem Affyriorum copias, quæ veluti subita quedam procella, repentinusque turbo in Ägyptum irruerunt, præcipue cum eadem vox Hebreæ *tp* velocem quoque significet, veluti Amos 2. *Velox pedibus suis non fainabitur.* Quoniam igitur, inquit, Deus ipse Assyrios ad vastandam Ägyptum incitauit, dicitur super eorum exercitum equitare, duxque illis, & imperator fulsis ad pœnas de Ägypto bello, armisque depositandas. Quam sententiam confirmant cum ex eo, quod Propheta in ipso statim capituli vestibulo se de Ägypti vastitate locutus est, præmittit: *Onus inquit, Ägypti: Ecce Dominus ascendens super nubem leuem: tum etiam, quod statim Ägypti exercitus describitur: Et communebunur, inquit, simulachra Ägypti facie eius, & cor Ägypti tabescet in medio eius.*

Accedit, quod apud Ezechielem quoque. 30. Ägypti vastitas eadem nobis II. similitudine declaratur, cum eius excedente tempus dies nubis nuncupatur: *Hac Ezech. 30.* inquit, *dixit Dominus Deu. Vtulare, va, vadei: quia iuxta eis dies, & appropinquant dies Domini: dies nubis tempus Gentium erit. Et venies gladius in Ägyptum, & erit paucus in Ethiopia. Et verò inficias ire non possumus Elia in hoc capite pleraque D. Hiero.* de Ägyptivastitate vaticinari, quemadmodum D. Hieronymus confitetur: *ver-*  
*rum multi simul alia Propheta complectitur, quæ necessariò ad tempus Messiae, Multa. ex c.*  
*eiusque fidem in Ägypto propagandam referenda sunt: cuiusmodi est illud: In die 19. ad Meße illa erant quinque cinctores in terra Ägypti loquentes lingua Chanaam, & iurantes per tempus Re-*  
*Dominum exercitum: & illud: In die illa erit altare Domini in medio terre Ägypti:*  
*& illud: Et mittet eis salvatorem, & propugnatorem, & liberatorem: & illud: Et co-*  
*gnoscetur Dominus ab Ägypto, & cognoscetur Ägypti Dominum in die illa, & colent eum in his, & munib[us] & vita vobebunt Domino, & soluent: quæ omnia puritatem illam fidei, religionem, Dei cultum eximiāque in omnigenere sanctitatē, quæ in Ägypto per Christi aduentum floruit, misericordie declarant, ut iure optimo Pa-*  
*tres alicetum istum Ichouah super nubem leuem de verbi incarnatione intelle-*  
*xerint, cuius fidem sanctissimam tanto cum fructu probitatis Ägyptus receptura*  
*prænuntietur. Sanè Euseb. Cæsar. lib. 6. de demonst. Euag. cap. 20. quem sequitur*  
*Lyranus, locum hunc de ingressu Christi in Ägyptum accipendum putat, cum*  
*scilicet infans adhuc, ut Herod Regifurenti, ubique necem molienti locum da-*  
*ret, in Ägyptum ad tempus secessit, nubemque leuem, seu iuxta Aquile versio-*  
*nem, quam ipse citat, crassitudinem leuem corpus ipsiusmet Christi lumperum ex*  
*Virgine, & spiritus sancti opera fabricatum interpretatur. Tum verò vastitatem*  
*Ägypti, quam Propheta commemorat, ad illud tempus refert, cum Romanorum*  
*imperator Augustus (quo imperante natus est Christus) pugna illa Actiaca M. An-*  
*tonio, & Cleopatra Ägypti Regina superatis eam prouinciam ad Romanum impe-*  
*rium diuinem adiunxit. Contendit porro Eusebius omnino de Christi aduentu va-*  
*ticiunum accepi oportere: Dicant, inquit, Hebrei, quando post Esaiæ tempora do-*  
*minus apud Ägyptos fit versus, & quia dominus super crassitudinem leui hic inuenitus esse*  
*dicatur? intertentur præterea crassitudinem leuem, que tandem casit, & quam ob rem*  
*non sine hac dicatur. Dominus versari in Ägypto: & quando membris predictum sit com-*  
*muta esse simulachra Ägypti, & Ägyptum cum Ägyptis pugnasse propter Domini*  
*ad homines aduentum, & Deos illorum, Demones videlicet, qui nullum prius valebant,*  
*nihil amplius posse, neque respondere sciebantibus. Hæc, & multa alia eo loco Euseb. D. Athanas.*  
*cui consentiunt D. Ath. lib. de incarnatione Verbi, ciuitate corporali ad nos ad-*

Cyril. Alex. uentu: quanquam pro nube leui legit nimbum lenem, Cyrill. Alex. lib.2. comment.  
Procop. in Esaiam, Procopius in comment. eius capit. & alij, quos inferius citabimus.

III. Cum igitur ex horum Patrum auctoritate exploratum sit Esaiam eo capite de Christi in Agyptum ingressu verba facere, illud iam meritò aliquis sciscitabitur, quānam sit leuis illa nubes, in quam ascendere, seu equitare dicitur. Quia quidem in rēlicet aliqua sit varietas, quibusdam de ipso Christi corpore, alij de sanctissima Virgine interpretantibus, eodem tamen quoad nostrum institutum omnes expositiones recurrent; si quidem siue caro Christi siue Virgo ipsa intelligatur, semper nubes leuis puritatem conceptus, & ortus Christi ex Virgine declarat. Et quidem, quod ad illos spectat: qui de carne Christi accipiunt, super quam Verbum Dei equitare dicunt, iuxta illud Apoc. 19. Et ecce equus albus, & qui sedebat super Eus. b. Cesa. eum vocabatur fidelis, & verus, & vocatur nomen eius, Verbum Dei, Sic præter alios Eu-Corpus Christi. feb. nubis leuis similitudinem explicavit: Ecce, inquit, Dominus ascendit super crassissimam nubes leuis, et venit in Agyptum, et a studinem leuem corpus de spiritu sancto concepit apud. Mæth. 2.14. pellans. Igitur etiam ipsa prophetæ particula exitum sortitur, est, quo tempore Angelus Domini in somnis visus est Ioseph, dixitque: surgens accipe puerum, & matrem eius, & fugie in Agyptum. Tunc igitur ipse Dominus Deus Verbum suo corpori, quod a sancta Virgine accepit, coniunctu in terra Agypti diversatur: quod sane corpus crassum quidem erat ob corpore a materie duriori naturam, at rursus leue, eo quod præstantius esset, quam ea, qua ad nos pertinent: ex quo etiam nubes nominatur, propterea quod non ex voluptuaria corruptione: sed de spiritu sancto constabat. Hic ille. Quibus verbis perspicue significat corpus Christi idcirco nubem, seu crastinum leuem appellari, quod fuerit à B. Virginè nulla virtu opera, sed Spiritus S. virtute, & obumbratione generatum.

III. Ex iis verbis, qui per nubem leuem ipsam Virginem accipiunt, præter D. Hieron. D. Hieron. in comment. super Esai. & in i. c. Ezech, præclarè D. Ambr. in exhort. ad Virginem. B. Ambros. nes, Hic est, inquit, qui venit in nube leui, sicut dixit Prophetæ: Ecce Dominus sedet super nubes lenem, et veniet in Agyptum, significans quod in Agyptum, id est, in afflictionem istam mundi huius veniret per Virginem. Nubem itaque Mariam dixit, quia carnem gerebat leuem, quia virgo erat nullus oneribus gravata consueta. Ipsa est virgo germinans florem, quia pura, & ad Dominum libero corde directa virginitas, quæ nullus in hoc seculo curarum anfractibus reflectatur: Et paulo post: Estote nubes, sed leues: eritis profecti & stabletes virginitas onera conditionis, & tenebras huius limese carnis illuminat: ideo dicit illa, Cant. 1. Nigra sum, & decora, filie Hierusalem: nigra per carnem: docora per virginitatem. Et serm. 5. in Psal. 118. Illa inquit, columnæ nubis specie quidem præcedebat filios Israel: mysterio autem significabat Dominus Iesum in nube venturum leui, sicut dixit Esaias, hoc est, in virgine Maria, quia nubes erat secundum hereditatem Esaiæ: leuis erat secundum virginitatem integratam; leuis erat, quæ non homini quereretur placere, sed Domino: leuis erat, quæ non in iniquitate conceperat, sed spiritu supernamente generabat, nec in delicto, sed cum gratia parturiebat. Hæc Ambr. Itaque siue nubem humanitatem Christi, siue B. Virginem interpretemur, semper illibata eius integritas præsentivaticinio comprobatur.

Testimonium 13. ex illis verbis Esai. c. 45. Rorate coeli desuper, & nubes pluant instum, appariatur terra, & germet Salvatorem.

### S E C T I O   X X V I I .

I. **H**unc quoque locum nobis Hebrei de manibus eripere conantur, iis que ple-  
rique ex nostris ad stipulantur, quorū tenebras oportet primum dispellere,

vt